

Giovenale, *Satura VIII*

Indicazioni bibliografiche

- Anderson, William S. (1961), “Juvenal and Quintilian”, in: *Yale Classical Studies* 17, 1961, 1-93; rist. in W. Anderson, *Essays on Roman Satire*, Princeton 1982, 396-486.
- Anderson, William S. (1962), “The Programs of Juvenal’s Later Books”, in: *Classical Philology* 57, 145-160; rist. in W. Anderson, *Essays on Roman Satire*, Princeton 1982, 277-292.
- Anderson, William S. (1982), *Essays on Roman Satire*, Princeton.
- Bellandi, Franco (1973), “Poetica dell’*indignatio* e ‘sublime’ satirico in Giovenale”, in: *Annali della Scuola Normale Superiore di Pisa* s. III 3, 53-94.
- Bellandi, Franco (1974-1975), “Giovenale e la degradazione della clientela (interpretazione della sat. VII)”, in: *Dialoghi di archeologia* 8, 384-437.
- Bellandi, Franco (1980), *Eтика diatribica e protesta sociale nelle satire di Giovenale*, Bologna.
- Bellandi, Franco (1987), “Giovenale”, in: Francesco Della Corte (cur.), *Dizionario degli scrittori greci e latini*, II, Milano, 1035-1048.
- Braund, Susan H. (1988), *Beyond Anger. A Study of Juvenal’s Third Book of Satires*, Cambridge.
- Clausen, Wendell V. (ed.) (1992²), *A. Persi Flacci et D. Iuni Iuvenalis Saturae*, Oxonii (1959¹).
- Courtney, Edward (comm.) (2013²), *A Commentary on the Satires of Juvenal*, Berkeley (London 1980¹).
- Dimatteo, Giuseppe, “Onomastica, mito, satira: Iuv. 8, 30-38”, in: F. Gasti, A. Bonadeo, A. Canobbio, *Filellenisimo e identità romana in età flavia*, Pavia 2011, 135-154.
- Dimatteo, Giuseppe, “Povertà, avidità e ironia parentetica. Iuv. 8, 111-112”, in: “RFIC” 139, 2011, 380-393.
- Dimatteo, Giuseppe, “Una preghiera al nobile perduto: nota a Iuv. 8,26-30”, in: *Philologus* 159, 2015, 188-195.
- Dimatteo, Giuseppe (ed./tr./comm.) (2014), *Giovenale. Satira 8*, Berlin – Boston.
- Ferguson, John (ed./comm.) (1979), *Juvenal. The Satires*, London (2a rist. Bristol 2001).
- Fredericks, Sigmund C. (1971), “Rhetoric and Morality in Juvenal’s 8th Satire”, in: *Transactions and Proceedings of the American Philological Association* 52, 111-132.
- Hight, Gilbert (1954), *Juvenal the Satirist*, Oxford.
- Pasoli, Elio (1981-2), “Linguaggio poetico e ‘poetica’ di Giovenale: ‘storno’, ricupero, enfatizzazione”, in *Letterature comparate. Problemi di metodo. Studi in onore di E. Paratore*, II, Bologna 1981, pp. 667-680; rist. in E. Pasoli, *Tre poeti latini espressionisti: Properzio, Persio, Giovenale*, Roma 1982, pp. 353-376.
- Stramaglia, Antonio (ed./tr./comm.) (2008), *Giovenale, Satire 1, 7, 12, 16: storia di un poeta*, Bologna.

Struttura¹ e sinossi del componimento

(275 esametri)

- Ia) 1-38:** i simboli della nobiltà familiare (gli alberi genealogici, le rappresentazioni degli antenati e il nome gentilizio) non hanno alcuna rilevanza, se a essi non si fa corrispondere una condotta improntata alla virtù;
- Ib) 39-70:** il nobile Rubellio Blando, tronfio fino al parossismo della propria nobiltà ereditaria, implacabile detrattore di quanti non possono esibire nobili antenati, ma privo di qualsiasi qualità, è l'esempio scelto da G. per dimostrare a Pontico che la nobiltà genealogica non coincide con la nobiltà d'animo. Per Rubellio, come per chiunque altro, dovrebbero valere gli stessi parametri di giudizio che per i cavalli da corsa: osannati se primeggiano nelle competizioni, ma destinati alla mola o al traino se non riportano alcuna vittoria;
- II) 71-145:** al contrario di Rubellio Blando, Pontico dovrà dar prova dei propri meriti e di un comportamento virtuoso, se vorrà essere ritenuto nobile, soprattutto quando otterrà l'ambita carica di governatore provinciale. Dovrà essere misericordioso e rispettoso verso i provinciali, ridotti in miseria dai governatori-ladri del passato e, oltretutto, privi di qualsiasi tutela legale. Il giovane nobile dovrà astenersi dal saccheggio, anche perché non è rimasto più nulla da rubare a questi popoli, dopo le sciagurate amministrazioni di Dolabella, Antonio, Verre e Mario Prisco. Se poi Pontico non riuscirà proprio a trattenersi, meglio allora che egli scelga oculatamente chi derubare: le prede più appetibili sono gli orientali, incapaci di difendersi, mentre in alcuni popoli il valore militare o l'esasperata povertà rappresentano un serio pericolo, in quanto possono innescare rivolte. Se Pontico sarà governatore irrepprensibile, non avranno alcun peso la sua origine o il suo nome; ma se, al contrario, la sua amministrazione della provincia sarà gestita all'insegna della violenza e del sopruso, i suoi stessi antenati lo contrasteranno, sottponendo al pubblico giudizio le sue colpe;
- III) 146-268:** G. dimostra a Pontico lo scollamento tra la nobiltà genealogica e la nobiltà d'animo, adducendo esempi di nobili personaggi che infangano la loro origine con comportamenti deprecabili, ed esempi di veri *nobiles*: individui cioè che, partendo da origini oscure, sono addivenuti alla nobiltà grazie alle loro virtuose gesta;
- IV) 269-275:** piuttosto che essere nobili di schiatta e comportarsi ignobilmente – è l'ultimo dei precetti di G. a Pontico –, meglio esser figli di nessuno e vivere secondo virtù; anche perché, se si risale alle proprie origini, il risultato non potrà che essere imbarazzante: il capostipite di ciascuna famiglia sarà stato un pastore o qualcosa di peggio.

¹ Sulla struttura del componimento vd. Ferguson 1979; Braund 1988; Courtney 2013²; Dimatteo 2014, 4-5.

Stemmatum quid faciunt? Quid prodest, Pontice, longo
 sanguine censeri, pictos ostendere vultus
 maiorum et stantis in curribus Aemilianos
 et Curios iam dimidios **umerosque** minorem
 5 Corvinum et Galbam auriculis nasoque carentem,
 quis fructus generis tabula iactare capaci
 †Corvinum posthac[†] multa contingere virga
 fumosos equitum cum dictatore magistros,
 si coram Lepidis male vivitur? Effigies quo
 10 tot bellatorum, si luditur alea pernox
 ante Numantinos, si dormire incipis ortu
 Luciferi, quo signa duces et castra movebant?
 Cur Allobrogicis et magna gaudeat ara
 natus in Herculeo Fabius lare, si cupidus, si
 15 vanus et Euganea quantumvis mollior agna,
 si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
 squalentis traducit avos emptorque veneni
 frangenda miseram funestat imagine gentem?
 Tota licet veteres exornent undique cerae
 20 atria, nobilitas sola est atque unica virtus.
 Paulus vel Cossus vel Drusus moribus esto,
 hos ante effigies maiorum pone tuorum,
 praecedant ipsas illi te consule virgas.
 Prima mihi debes animi bona. Sanctus haberi
 25 iustitiaque tenax factis dictisque mereris?
 Agnosco procerem; salve Gaetulice, seu tu
 Silanus: quocumque alio de sanguine rarus
 civis et egregius patriae contingis ovanti,
 exclamare libet populus quod clamat Osiri
 30 invento. Quis enim generosum dixerit hunc qui
 indignus genere et praeclaro nomine tantum
 insignis? Nanum cuiusdam Atlanta vocamus,



⁴ umerosque **P** : nasumque **Φ** : humeroque **Dresd.** **155** unde um- *Housman 1931²* |
5–6 om. G

⁷ *habent P G, om. Φ* | *corvinum P, damn. Withof 1798 (116)* : *corvini G* : *fabricium in mg. K* : *nomina tot Withof 1798 (116)* : *pontifices Housman 1931²* : *censores Havet 1911 (116)* | *posthac P aliique, damn. Withof 1798 (116)* : *post haec G aliique* : *posse ac Withof 1798 (116)*

Aethiopem Cycnum, pravam extortamque puellam
 Europen; canibus pigris scabieque vetusta
 35 levibus et siccae lambentibus ora lucernae
 nomen erit Pardus, Tigris, Leo, si quid adhuc est
 quod fremat in terris violentius. Ergo cavebis
 et metues ne tu sic Creticus aut Camerinus.

His ego quem monui? Tecum est mihi sermo, Rubelli
 40 Blande. Tumes alto Drusorum stemmata, tamquam
 feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses,
 ut te conciperet quae sanguine fulget Iuli,
 non quae ventoso conducta sub aggere texit.
 ‘Vos humiles,’ inquit ‘volgi pars ultima nostri,
 45 quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
 ast ego Cecropides’. Vivas et originis huius
 gaudia longa feras. Tamen ima plebe Quiritem
 facundum invenies, solet hic defendere causas
 nobilis indocti; veniet de plebe togata
 50 qui iuris nodos et legum aenigmata solvat;
 hinc petit Euphraten iuvenis domitique Batavi
 custodes aquilas armis industrius; at tu
 nil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermae.
 Nullo quippe alio vincis discriminé quam quod
 55 illi marmoreum caput est, tua vivit imago.
 Dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta
 quis generosa putet nisi fortia? Nempe volucrem
 sic laudamus equum, facilis cui plurima palma
 fervet et exultat rauco victoria circo;
 60 nobilis hic, quo cumque venit de gramine, cuius
 clara fuga ante alios et primus in aequore pulvis.
 Sed venale pecus Coryphaei posteritas et
 Hirpini, si rara iugo Victoria sedit.

33 pravam **Φ** et (-ra- *in litura*) **P** : parvam **A L O**

38 sic **Lond. Mus. Brit. Add. 11997** *sicut coni. Lubinus* (*cf. Henninium 1685*) : si **P** :
 sis **Φ**

44 inquit **P Φ** : inquis **A K L O**

49 plebe **P S A G L U** : gente **Φ**

51 hinc **G U** *sicut coni. Weidner 1889²* : hic **P S Φ**

Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
 65 umbrarum; dominos pretiis mutare iubentur
 exiguis, trito et ducunt epiraedia collo
 segnipedes dignique molam versare nepotes.
 Ergo ut miremur te, non tua, primum aliquid da
 quod possim titulis incidere praeter honores
 70 quod illis damus ac dedimus, quibus omnia debes.
 Haec satis ad iuvenem quem nobis fama superbum
 tradit et inflatum plenumque Nerone propinquum;
 rarus enim ferme sensus communis in illa
 fortuna. Sed te censeri laude tuorum,
 75 Pontice, noluerim sic ut nihil ipse futurae
 laudis agas. Miserum est aliorum incumbere famae,
 ne conlapsa ruant subductis tecta columnis;
 stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.
 Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
 80 integer; ambiguæ si quando citabere testis
 incertaeque rei, Phalaris licet imperet ut sis
 falsus et admoto dictet periuria tauro,
 summum crede nefas animam präferre pudori
 et propter vitam vivendi perdere causas.
 85 Dignus morte perit, cenet licet ostrea centum
 Gaurana et Cosmi toto mergatur aeno.
 Expectata diu tandem provincia cum te
 rectorem accipiet, pone irae frena modumque,
 pone et avaritiae, miserere inopum sociorum:
 90 ossa vides rerum vacuis exulta medullis.
 Respice quid moneant leges, quid curia mandet,
 präemia quanta bonos maneant, quam fulmine iusto
 et Capito et Tutor ruerint damnante senatu,
 piratae Cilicum. Sed quid damnatio confert?

66 trito et **Goth.** **2.52** **Laur.** **34.34** : et trito **P** **Sang.** : trito **A** **G** **U** : tritoque **Φ**
93 tutor **Φ** **Σ** : numitor **P** **S** **Mico**, *quod Hosius 1888 (93) ex Verg. Aen. VI, 768 fluxisse susp.*

- 95 Praeconem, Chaerippe, tuis circumspice pannis,
cum Pansa eripiat quidquid tibi Natta reliquit,
iamque tace; furor est post omnia perdere naulum.
Non idem gemitus olim neque vulnus erat par
damnorum sociis florentibus et modo victis.
- 100 Plena domus tunc omnis, et ingens stabat acervos
nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
et cum Parrhasii tabulis signisque Myronis
Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycliti
multus ubique labor, rarae sine Mentore mensae.
- 105 Inde Dolabella atque †hinc† Antonius, inde
sacrilegus Verres referebant navibus altis
occulta spolia et plures de pace triumphos.
Nunc sociis iuga pauca boum, grex parvus equarum,
et pater armenti capto eripietur agello,
- 110 ipsi deinde Lares, si quod spectabile signum,
si quis in aedicula deus unicus (haec †etenim sunt†
pro summis, nam sunt haec maxima). Despicias tu
forsitan inbellis Rhodios unctamque Corinthon;
despicias merito: quid resinata iuventus
- 115 cruraque totius facient tibi levia gentis?
Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis
Illyricumque latus; parce et messoribus illis
qui saturant Urbem circo scenaeque vacantem:
quanta autem inde feres tam dirae praemia culpae,
- 120 cum tenuis nuper Marius discinxerit Afros?
Curandum in primis ne magna iniuria fiat
fortibus et miseris. Tollas licet omne quod usquam est
auri et argenti, scutum gladiumque relinques
et iaculum et galeam: spoliatis arma supersunt.

98 neque **P A F** : nec **S Φ**

105 atque hinc **Φ Σ**, hinc *damn*. *Knoche 1950* : atque (*ex adque*) **hinc **P** : hinc *om.*

Pal. 1708 : atque illinc **Dresd. 153**, *fort. recte*

111 haec etenim sunt (*haec ete- in litura*) **P**, *damn*. *Courtney 1984*; etenim sunt *damn*.
et rapientur coni. Dimatteo 2011b

123–124 scutum – galeam *del. Hermann 1856* | 124 *del. Lachmann (ap. Jahn 1851)*

- 125 Quod modo proposui non est sententia, verum est;
credite me vobis folium recitare Sibyllae.
Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen
nec per conventus et cuncta per oppida curvis
130 unguibus ire parat nummos raptura Celaeno,
tum licet a Pico numeres genus, altaque si te
nomina delectant, omnem Titanida pugnam
inter maiores ipsumque Promethea ponas.
[De quocumque voles proavom tibi sumito libro.]
- 135 Quod si praecipitem rapit ambitio atque libido,
si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
delectant hebetes lasso lictore secures,
incipit ipsorum contra te stare parentum
nobilitas claramque facem paeferre pudendis.
- 140 Omne animi vitium tanto conspectius in se
crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.
Quo mihi te, solitum falsas signare tabellas
in templis quae fecit avus statuamque parentis
ante triumphalem? Quo, si nocturnus adulter
145 tempora Santonico velas adoperta cucullo?
- Praeter maiorum cineres atque ossa volucri
carpento rapitur pinguis Lateranus, et ipse,
ipse rotam adstringit sufflamine mulio consul:
nocte quidem, sed luna videt, sed sidera testes
150 intendunt oculos. Finitum tempus honoris
cum fuerit, clara Lateranus luce flagellum
sumet et occursum numquam trepidabit amici
iam senis ac virga prior adnuet atque maniplos
solvet et infundet iumentis hordea lassis.
- 155 Interea, dum lanatas robumque iuvencum
more Numae caedit, Iovis ante altaria iurat
solam Eponam et facies olida ad praesepia pictas.

134 *del. Ribbeck 1865 (132)*

148 sufflamine mulio **G U Valent. 410** *et ut vid. P* : sufflamine multo **Laur. 34.40**,
Lond. Mus. Brit. Burn. 192 : multo sufflamine **Φ P²**. mulio consul *legitur ap. GL 6,*
231, cf. mulio Σ ad 156

- Sed cum pervigiles placet instaurare popinas,
 obvius adsiduo Syrophoenix udus amomo
 160 currit – Idymaeae Syrophoenix incola portae
 hospitis adfectu dominum regemque salutans –
 et cum venali Cyane succincta lagona.
 Defensor culpae dicet mihi: ‘Fecimus et nos
 haec iuvenes’. Esto, desisti nempe nec ultra
 165 fovisti errorem. Breve sit quod turpiter audes;
 quaedam cum prima resecentur crimina barba.
 Indulge veniam pueris: Lateranus ad illos
 thermarum calices inscriptaque lintea vadit
 maturus bello Armeniae Syriaeque tuendis
 170 amnibus et Rheno atque Histro – praestare Neronem
 securum valet haec aetas. Mitte Ostia, Caesar,
 mitte, sed in magna legatum quaere popina:
 invenies aliquo cum percussore iacentem,
 permixtum nautis et furibus ac fugitivis,
 175 inter carnifices et fabros sandapilarum
 et resupinati cessantia tympana galli.
 Aequa ibi libertas, communia pocula, lectus
 non aliis cuiquam, nec mensa remotior ulli.
 Quid facias talem sortitus, Pontice, servum?
 180 Nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas.
 At vos, Troiugenae, vobis ignoscitis et quae
 turpia cerdoni Volesos Brutumque decebunt.
 Quid si numquam adeo foedis adeoque pudendis
 utimur exemplis, ut non peiora supersint?
 185 Consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti
 sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.
 Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
 iudice me dignus vera cruce. Nec tamen ipsi
 ignoscas populo; populi frons durior huius,
 190 qui sedet et spectat triscurria patriciorum,
 planipedes audit Fabios, ridere potest qui

159–160 syrophoenix – idymaeae *om.* F | 160 *om.* A Leid. Voss. 18
 161 salutans *Leo 1910* : salutat P Φ

Mamercorum alapas. Quanti sua funera vendant
 quid refert? Vendunt nullo cogente Nerone,
 nec dubitant celsi praetoris vendere ludis.
 195 Finge tamen gladios inde atque hinc pulpita poni,
 quid satius? Mortem sic quisquam exhorruit, ut sit
 zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
 Res haut mira tamen citharoedo principe mimus
 nobilis. Haec ultra quid erit nisi ludus? Et illic
 200 dedecus Urbis habes, nec murmillonis in armis
 nec clipeo Gracchum pugnantem et falce supina;
 damnat enim talis habitus [sed damnat et odit,
 nec galea faciem abscondit]: movet ecce tridentem.
 Postquam vibrata pendentia retia dextra
 205 nequ quam effudit, nudum ad spectacula voltum
 erigit et tota fugit agnoscendus harena.
 Credamus tunicae, de faucibus aurea cum se
 porrigit, et longo iactetur spira galero.
 Ergo ignominiam graviorem pertulit omni
 210 volnere cum Graccho iussus pugnare secutor.
 Libera si dentur populo suffragia, quis tam
 perditus ut dubitet Senecam praeferre Neroni,
 cuius suppicio non debuit una parari
 simia nec serpens unus nec culleus unus?
 215 Par Agamemnonidae crimen, sed causa facit rem
 dissimilem. Quippe ille deis auctoribus ulti
 patris erat caesi media inter pocula, sed nec
 Electrae iugulo se polluit aut Spartani
 sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
 220 miscuit, in scena numquam cantavit Oresten,
 Troica non scripsit. Quid enim Verginius armis
 debuit ulcisci magis aut cum Vindice Galba,

195 poni **P** *sicut coni.* Sterke 1793 (174) : pone **Φ** : ponunt **F H**

201 pugnantem et *Lubinus* (*cf. Henninium* 1685) : pugnantem aut **P S A G U Sang.** :
 aut pugnantem **Φ**

202–203 sed – abscondit *secl. Hermann* 1856

220 Oresten *Weidner* 1889² : orestes *codd.*

quod Nero tam saeva crudaque tyrannide fecit?
 Haec opera atque hae sunt generosi principis artes,
 225 gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu
 prostitui Graiaeque apium meruisse coronae.
 Maiorum effigies habeant insignia vocis,
 ante pedes Domiti longum tu pone Thyestae
 syrma vel Antigones, seu personam Melanippes,
 230 et de marmoreo citharam suspende colosso.
 Quid, Catilina, tuis natalibus atque Cethegi
 inveniet quisquam sublimius? Arma tamen vos
 nocturna et flammas domibus templisque paratis,
 ut Bracatorum pueri Senonumque minores,
 235 ausi quod liceat tunica punire molesta.
 Sed vigilat consul vexillaque vestra coercet:
 hic novus Arpinas, ignobilis et modo Romae
 municipalis eques, galeatum ponit ubique
 praesidium attonitis et in omni monte laborat.
 240 Tantum igitur muros intra toga contulit illi
 nominis ac tituli, quantum †in† Leucade, quantum
 Thessaliae campis Octavius abstulit udo
 caedibus adsiduis gladio; sed Roma parentem,
 Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.
 245 Arpinas alias Volscorum in monte solebat
 poscere mercedes alieno lassus aratro;
 nodosam post haec frangebat vertice vitem,
 si lensus pigra muniret castra dolabra.
 Hic tamen et Cimbros et summa pericula rerum
 250 excipit et solus trepidantem protegit Urbem,
 atque ideo, postquam ad Cimbros stragemque volabant,
 qui numquam attigerant maiora cadavera, corvi,
 nobilis ornatur lauro collega secunda.

223 quod **Vat. Urb. 342²** sicut coni. *Peyraredus* (*ap. de Marolles 1658*), qui tamen versum aut delendum aut praeponendum superiori sententiae censet, et pro quid aut quod aut qua legi vult : quid **P Φ225** cantu **P G U** et test. *Prisc. GL 2, 419* : saltu **Φ**

229 antigones **Φ** : *antigonae P Mico* | seu **Vat. 3192, Vat. 3286, Vat. 3288** sicut coni. *Orelli 1833* (*e nonnullis aliis recentioribus*) et *Jahn 1851* : om. **P Mico** : tu **Φ233** paratis **P Lond. Mus. Brit. Reg. 15 B XII** : paratis **Φ241** in **P S G U**, *damn. Housman 1931²* : non **Φ** : vi *Owen 1908²*, fort. recte : sibi *Jahn 1851*

- 255 Plebeiae Deciorum animae, plebeia fuerunt
nomina; pro totis legionibus hi tamen et pro
omnibus auxiliis atque omni pube Latina
sufficient dis infernis Terraeque parenti.
[Pluris enim Decii quam quae servantur ab illis.]
Ancilla natus trabeam et diadema Quirini
260 et fascis meruit, regum ultimus ille bonorum.
Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
exulibus iuvenes ipsius consulis et quo
magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
quod miraretur cum Coelite Mucius et quae
imperii finis Tiberinum virgo natavit.
Occulta ad patres produxit crima servus
matronis lugendus, at illos verbera iustis
adficiunt poenis et legum prima securis.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
270 Aeacidae similis Volcanaque arma capessas,
quam te Thersitae similem producat Achilles.
Et tamen, ut longe repetas longeque revolvas
nomen, ab infami gentem ducis asylo:
maiorum primus, quisquis fuit ille, tuorum
275 aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo.

256 pube **P S A G U** : plebe **Φ**

258 *del. Markland* (*cf. Willis 1996b [74]*) et *Dobree 1831–1833 (II, 387)*

270 vulcanaque **Φ** : vulcanique **P** : vulcania **U** : volcanni **G** *ex quo volc-* *rec. Housman 1931²*